Quelle: https://manuscripta.at/?ID=26462
Copyright: Admont, Benediktinerstift

alio loco dicentem. State in uiis & uide
te & interrogate semitas dñi sempiter
nas. quę sit uia bona & ambulate
in ea. Sordes ē in pedibus eius.
nec recordata ē finis sui. deposita ē uehe
menter. nhabens consolatorē. Sordes
gestat in pedibus. qui gressum conuer
sationis suę malis pollutę opib. nec
recordatur finis sui. & tempus iusti
iudicii dñi. Vnde deposita uehementer
& hostiū manib. trādita. nullum
consolatorē habet. qa tempore opor
tuno cultu pietatis honorare nolu
it suū auctorē. Solus in ea dominat
inimicus. qm. dñs uerus eā deseruit
amicus. Vnde maximo dolore cont
ta. miserabiliter ad dñm clamat. Vide
dñe afflictionē meā. quo erectus ē
inimicus. Nullo enim sibi resisten
te hostis deiectoria gaudet. uniquis
& de potentia sua contra dñm erigit

Thr
M.

M